

Sobre los comentarios salmantinos al artículo décimo.

6. La autoridad de la Sagrada Escritura

IGNACIO JERICÓ BERMEJO

Sumario:

En volúmenes anteriores se han venido presentando las exposiciones de los salmantinos del siglo XVI sobre el artículo décimo de la cuestión décima de la *Secunda Secundae* de Santo Tomás de Aquino donde aparece la pregunta de si el corresponde al Sumo Pontífice la ordenación del símbolo de la fe; es decir, si es al sucesor de Pedro al que le pertenece redactar un artículo nuevo de fe.

Entre lo dejado por Santo Tomás para la posterioridad ha sido por cierto este artículo décimo el que ha concentrado la atención de los salmantinos del siglo XVI entre 1526 y 1552, entre Francisco de Vitoria y Domingo de las Cuevas. Se comenzó hablando aquí del primado del Papa. Luego se enseñó que la infalibilidad le corresponde al Papa ya actúe éste a cuna con el concilio general o sin el concilio general. Anteriormente se ha hablado también de la autoridad de la Iglesia. Finalmente en este artículo se va a hablar de la autoridad de la Sagrada Escritura.

Palabras clave:

Sagrada Escritura, escuela de Salamanca, Santo Tomás, Símbolo de la fe, Sumo Pontífice.

Summary:

In previous volumes we have been offering the statements of the *salmanticenses* of the XVI century, about the tenth article of question ten, of the *Secunda Secundae* of Saint Thomas Aquinas, where it appears the issue whether it appertains to His Holiness the arrangement of the creed; that is to say: whether it is to Peter's successor to whom it belongs to redact a new article of faith.

Among what has been bequeathed to posterity by Saint Thomas, it has certainly been this tenth article the one which has concentrated the attention of the XVI century *salmanticenses*, since the year 1526 up to 1552, between Francisco de Vitoria and Domingo de las Cuevas. It started dealing here about the primacy of the Pope. Then it was taught that infallibility belongs to the Pope, whether he would jointly act with the General Council, or without the General Council. Formerly, it has been talked as well of the authority of the Church. Finally, in this article, it is being dealt about the authority of the Holy Scripture.

Key words:

Holy Scripture, The *Salmantica* School, Saint Thomas, The Creed or Symbol of the Faith, Holy Father.

6. La autoridad de la Sagrada Escritura*

“Cierta es que no está absolutamente en manos de la Iglesia o del Papa, establecer artículos de fe, menos leyes de costumbres o de buenas obras” (cf. DS 1477). Fue éste uno de los artículos, el 27 concretamente, de los que fueron condenados expresamente por el papa León X en la bula *Exsurge Domine* de 15 de junio de 1520. Aunque no se le nombre en esta bula a fray Martín, no hay duda de que los errores condenados en este documento son suyos. ¿De qué escritos o hechos de este fraile agustino se extrajo el artículo aquí referido y condenado?

En 1519 tuvo lugar la disputa pública de Leipzig entre dos destacados teólogos, favorable el uno a Martín Lutero, Andrés de Karlstadt, y opuesto éste al mismo, Juan Eck. Fray Martín acudió a presenciar esta controversia. Se agregó a los oyentes, pero llegó el momento en el que decidió Lutero reemplazar a Karlstadt y éste se lo permitió. Precisamente era esto al parecer lo que los oyentes todos estaban aguardando. Eck mostró a todos que lo que defendía Lutero no era más que la herejía de Juan Hus.

A MODO DE INTRODUCCIÓN

Tras meditar antes de dar la respuesta, sorprendió el de Wittenberg al auditorio entero con esta concreta y breve alocución tal como lo refleja el historiador protestante R. H. Bainton: “*Dejadme hablar alemán –pidió Lutero, – porque el pueblo me entiende mal. Afirmando yo que un concilio ha errado a veces y puede errar. No tiene él autoridad para establecer artículos nuevos de fe y no puede atribuir un derecho divino a lo que no es por naturaleza un derecho divino. Los concilios se han contradicho recíprocamente porque el concilio reciente de Letrán ha rechazado las pretensiones de los de Constanza y de Basilea según los cuales es el concilio superior al Papa.*”

* Sobre los artículos anteriores. Cf. JERICÓ BERMEJO, I., *Sobre los comentarios salmantinos al artículo décimo. 1. Introducción general*: Archivo Teológico Granadino 73 (2010) 3-90; *Sobre los comentarios salmantinos al artículo décimo. 2. El primado del sumo Pontífice*: Archivo Teológico Granadino 74 (2011) 33-128; *Sobre los comentarios salmantinos al artículo décimo. 3. La autoridad de los concilios generales*: Archivo Teológico Granadino 75 (2012) 25-98; *Sobre los comentarios salmantinos al artículo décimo. 4. La infalibilidad del Sumo Pontífice*: Archivo Teológico Granadino 77 (2014) 163-254; JERICÓ BERMEJO, I., *Sobre los comentarios salmantinos al artículo décimo. 5. La autoridad de la Iglesia*: Archivo Teológico Granadino 78 (2015); *Los artículos salmantinos al artículo décimo. 6. La autoridad de la Sagrada Escritura*: Archivo Teológico Granadino 79 (2016).

Un simple laico armado de la Biblia ha de ser creído más que el Papa o que el concilio que no la tienen. Y, en cuanto a la decretal papal sobre las indulgencias, digo yo que ni la Iglesia ni el Papa pueden fijar artículos de fe. Deben proceder éstos desde la Sagrada Escritura y deberemos rechazar por amor a la Sagrada Escritura a papas y a concilios”¹.

Se han venido presentando aquí de seguido las exposiciones de los salmantinos del siglo XVI sobre el artículo décimo de la cuestión décima de la *Secunda Secundae* de Santo Tomás de Aquino donde aparece la pregunta de si el corresponde al Sumo Pontífice la ordenación del símbolo de la fe; es decir, si es al sucesor de Pedro al que le pertenece redactar un artículo nuevo de fe. Entre lo dejado por Santo Tomás para la posterioridad ha sido por cierto este artículo décimo el que ha concentrado la atención de los salmantinos del siglo XVI entre 1526 y 1552, entre Francisco de Vitoria y Domingo de las Cuevas. Se comenzó hablando aquí del primado del Papa. Luego se enseñó que la infalibilidad le corresponde al Papa ya actúe éste a cuna con el concilio general o sin el concilio general. Anteriormente se ha hablado también de la autoridad de la Iglesia. Finalmente se va a hablar aquí de la autoridad de la Sagrada Escritura. Ya se ha dicho precedentemente aquí que autoridad divina la posee la Iglesia; pero no termina todo aquí ya que autoridad divina tiene también la Escritura. De esta se va a hablar ahora en concreto aquí de si supera la Sagrada Escritura en autoridad a la Iglesia. La verdad es que Dios no tiene mayor autoridad que sí mismo. Por tanto si la Iglesia posee autoridad divina y la tiene también la Sagrada Escritura no hay mas remedio que tener que aceptar que ninguna de éstas es mayor o menor que la otra.

Queda fijada especialmente aquí la atención en el artículo nuevo que ha de ponerse en el futuro o que ya se ha puesto en el pasado por el Papa al ser éste quien tiene la suprema autoridad en la Iglesia. Esta imposición sin más obliga a tener que reconocer sin más que lo decidido en fe y costumbres ha de ser aceptado por todos finalmente por todos desde la imposición del Papa. Haya sido ser realizado por el concilio general juntamente con Papa o por el Papa a solas sin reunir el concilio. Tal decisión ha de ser aceptada en adelante por

¹ “Lasciatemi parlare tedesco –chiese Lutero, – perché il popolo mi fraintende. Io affermo che un concilio a volte ha errato e può errare. E esso non ha autorità per stabilire nuovi articoli di fede e non può attribuire un diritto divino a quello che per natura non è di diritto divino. I concili si sono contraddetti a vicenda perché in recente concilio di Laterano ha rigettato le pretese di quelli di Costanza e di Basilea secondo cui il concilio è superiore al papa. Un semplice laico armado della Bibbia deve essere creduto più del papa o del concilio che non l’abbiano. E, in quanto alla decretale papale sulle indulgenze, io dico che né la Chiesa né il papa possono fissare articoli di fede. Questi devono procedere dalla Sacra Scrittura e per amore della Scrittura dovremmo respingere papi e concilii”. BAINTON, R. H., *Lutero*. (Torino 1960)89-90.

todos; es decir, por la Iglesia toda. ¿Acaso no posee mayor autoridad la Sagrada Escritura que la Iglesia? A favor de que mayor la posee la Escritura descansa en que ésta es la palabra misma de Dios, mientras la palabra de la Iglesia no es en rigor la palabra de Dios. Se acerca a la palabra de Dios pero no es la de Dios.

Fue concretamente Martín Lutero quien ya antes de ser excomulgado por el papa León X (2.3. 1521) se empeñó por una parte del desposeer totalmente de autoridad a la Iglesia y toda autoridad la dejó caer en la sola Sagrada Escritura. El adjetivo sola aplicado a la Biblia indicaba que nadie más que ésta se imponía a los fieles cristianos ya que lo escrito en los Libros Sagrados eran la misma y sola autoridad de Dios. Si las cosas eran así, ¿no habría que empezar rechazando de plano la suprema autoridad de la Iglesia y dejando sometida a ésta ante la Sagrada Escritura?

PARTE PRIMERA

LOS TEXTOS ORIGINALES

Seis autores se ocuparon directamente de la Sagrada Escritura del Papa entre 1526 y 1552 en la Escuela de Salamanca del siglo XVI. Fueron éstos Francisco de Vitoria, Domingo de Soto, Bartolomé Carranza, Melchor Cano, Diego de Chaves y Domingo de las Cuevas.

1. Francisco de Vitoria

a) ROMA. Biblioteca Apostolica Vaticana. Ott. lat. 382 (1534-1535).

[fol. 23v] [...] [In quo est maior auctoritas]². Magis dubium est et loquimur de determinationibus papae vel generalis concilii. Dubitatur an id quod determinatur a concilio sit tenendum in illo. Contra. An in quo tenemur credere id quod est expressum in scriptura. Et est quaestio ubi est maior auctoritas in fide an in papa an in concilio, in sacra scriptura an in ecclesia, in his quae sunt fidei.

Ad quaestionem respondetur pro contrariis verbis. Ergo certissimum et catholicum quod tam in ecclesia quam in scriptura est auctoritas infallibilis

² Lo que Soto expuso sobre el tema de si tiene mayor autoridad la Sagrada y el Papa se halla en el Ott. lat. 782 de Roma.

Itaque non potest esse error nec in ecclesia nec in scriptura sacra. Et de hoc non dubitatur inter catholicos. Et contrarium est pessima haeresium. De hoc non disputatur. Videte Ruphinum et Iodocum. Sed de comparatione ecclesiae et scripturae non ita constat et sunt opiniones de hoc. Forte in re non dentur.

Abulensis in prologo super Matthaem, quod ecclesiae est maior auctoritas quam scripturae absolute, ita quod si inveniretur aliquid determinatum ab ecclesia contrarium sacrae scripturae, illud esset tenendum et soli ecclesiae tenemur credere et id quod ecclesia approbat. Nam si ecclesia diceret mihi quod evangelium Marci non est Marci, credendum est. Illud patet auctoritate Augustini: Evangelio non crederem, nisi ecclesia. Etiam probatur quia videtur ratio quare credimus evangelio nisi quia ecclesia approbat vel recipit.

[fol. 24r] Confirmatur. Contra. Iudas citat librum scriptum Enoch, sed appellat illum Iudae. Non tamen ecclesia approbat, unde ita tenemus. Si quis non arctaret illum librum, ego negarem. Ergo videtur quod auctoritas ecclesiae maior sit quam scriptura.

Contrarium tenet Caietanus in prima apologia cap. 4. Dicit quod maior est auctoritas scripturae quam ecclesiae in quantum si aliquid est determinatum ab ecclesia et contrarium expresse, ego negarem concilium. Probatur quia ecclesia dirigitur per testimonium scripturae. Ergo. Et confirmatur regula. 1^o dicit Paulus quod maior est auctoritas scripturae quam ecclesiae. Nam si tota ecclesia diceret contrarium evangelii, ego non crederem esse evangelium. Est angelis, etc.

Iohannes Driedo Lovaniensis apud Lutherum egregius doctor qui composuit librum de dogmatibus ecclesiae et iste detegit omnes doctrinas et reteggit taliter quod si haeretici legerent librum istum, non dubito quod isti intelligerent esse caecos et gravissime deceptos. Item libro suo de scriptoribus sacris lib. 4^o cap. 4^o tractat istam quaestionem ex professo ubi sit maior auctoritas. Et opere ditinguit dupliciter quia loquitur de ecclesia. uno modo ut loquimur absolute de ecclesia prout dicit congregationem fidelium tanquam sunt vel fuerunt et ab initio mundi. Alio modo, quod ecclesiam vocamus congregationem patrum fidelium. Ista distinctione posita ponit duas conclusiones.

Prima. Loquendo de ecclesia primo modo, ut dicamus ecclesiam; scilicet, congregationem fidelium a passione Christi usque ad finem mundi dicit quod aequalis auctoritas est scriptura et ecclesia. Probatur primo. Auctoritas ecclesiae non dependet ex scriptura, ergo non est maioris auctoritatis scriptura quam ecclesia quia aliter dependeret ab illa. Probatur antecedens. Tanta firmitas et auctoritas erat in ecclesia antequam esset aliqua scriptura, antequam esset posita scriptura. Ergo non dependet. Per exemplum ante passionem Christi, videtur, erat ecclesia et ante Moysem fuit ecclesia. Et nonne erant firma in fide ante Moysem sicut post Moysem

sicut post Moysem scribentem. Abraham nonne habuit fidem? Non est dubium. Nam apostolus ad Hebraeos tradit fidem illorum.

Item. Antequam scriberet Matthaeus, nonne erat ecclesia et firmitas in fide. Ergo non est maior auctoritas scripturae. Ergo. Item quia hoc modo ecclesiae capiendo includens prophetas et evangelistas et apostolos non est maior auctoritas et evangelii Matthaei quam scriptura sacra et evangelium. Item quia hoc modo ecclesiae capiendo includens prophetas et evangelistas et apostolos non est maior auctoritas et evangelii Matthaei quam scriptura sacra vel evangelium. Item probatur auctoritate Augustini: Non crederem evangelio nisi quia ecclesia approbat. Unde saltem quod sit maior auctoritas ecclesiae vel aequalis

2^a conclusio. Capiendo ecclesiam pro congregatione praesenti non includente prophetas et apostolos maior est auctoritas scripturae quam ecclesiae. Nam si ecclesia determinaret quod non esset in scriptura nec esset tam verum sicut scriptura, nec esset quia derivatum ab ecclesia antiqua, illud non esset tam verum sicut scriptura eius. Probatur, nam ecclesia nostra non habet prophetas, sed dirigitur praecise auctoritate scripturae vel ecclesiae antiquae. [fol. 24v] Non maiorem auctoritatem scriptura quam ecclesia prima. Nec de ista ecclesia intelligitur. Arguitur. Si ecclesia non approbaret, etc., nam quando ecclesia recipit istum evangelium refert evangelium Matthaei. Erat in illa Christus. Nihilominus tamen quidquid ecclesia praesens determinavit tanquam de fide, infallibiliter tenendum est. Non enim potest errare ecclesia praesens. Et ratio est quia licet Spiritus sanctus non assistit per prophetiam. Nonne in ecclesia antiqua erat Spiritus sanctus per prophetas quando congregabatur concilium. Hoc non habet nunc ecclesia de lege et regulariter.

3^a conclusio. Regitur ecclesia nova auctoritate sacrae scripturae et auctoritate ecclesiae, sed nihilominus habet semper Spiritus sancti assistentia ad probationem fidei antiquae in ecclesia antiqua fundata et in scriptura. Haec sententia ubique nova dicitur et videtur recepisse a Durando 3. dist. 24 q. 1. ubi Durandus dicit quod maior auctoritas est ecclesiae quam evangelii sumendo ecclesiam pro tota congregatione praeterita et praesenti et de ista intellexit Augustinus.

Haec est sententia istorum et fortasse cum Abulensi Turriscremata qui fere intelligit et quod sit maior auctoritas ecclesiae arguendo large, sicut dicit Abulensis, quia propter unumquodque tale, et illud et magis. Et eodem modo videtur quod Caietanus sit intelligendus quod maior est auctoritas scripturae quam ecclesiae praesentis, non antiquae, nam ipse Caietanus concedit quod maior auctoritas est evangelistae quam papae et quam scriptura sua.

b) ROMA. Biblioteca Apostolica Vaticana. Ott. lat. 49, fol. 26r-27r (1534-1535)

[fol. 26r] [...] Quaeritur ergo utrum in eodem gradu sit auctoritas vel ubi maior, in ecclesia vel in sacra scriptura. Quia solet dubitari ubi est maior auctoritas, in ecclesia vel in sacra scriptura.

[fol. 26v] Et conclusio tenenda ab omnibus christianis, quod infallibilis est auctoritas utriusque. Et quod infallibilia sunt aequaliter ea quae tenentur in ecclesia et ea quae tenentur in scriptura sacra circa ea quae sunt fidei. Et hoc non est dubitandum. [Haeretici quidem non sunt de ecclesia cum non habeant veram fidem nobiscum. Et probatur ad Ephesios 4^o: Unum corpus, unus Deus, unum baptisma, una fides. Et 2^{ae} Ioan. 2^o: Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. Quia contra haec est. Excommunicati vero sunt de ecclesia cum fidem et charactem habeant. Nam alioquin inquisitores contra illos procederent.]

Ultima haeresis lutheranorum qui conantur labefactare auctoritatem ecclesiae, quae illarum sit maior; scilicet, ecclesiae vel sacrae scripturae? Dominus Abulensis in prologo super Matthaeum dicit quod maior est auctoritas ecclesiae quam scripturae sacrae. Tenemur nos credere, et ideo non est credendum de mente illius evangelio, nisi quod ecclesia approbat, ut dicit auctoritas Augustini. Nam si ecclesia diceret quod evangelium Ioannis non est eius, credendum est ecclesiae in hoc, ita quod quidquid ecclesia teneat, etiam contra evangelium tenendum est, ut patet ex eo quod s. Iudas in sua epistola citat librum Enoch. Tamen ecclesia non approbat librum Enoch.

Dicit tamen Caietanus tractatu de comparatione papae et concilii quod maior est auctoritas scripturae sacrae quam ecclesiae, ita quod si in scriptura sacra reperiretur quod Deus non est incarnatus, teneremur credere hoc, licet contrarium sit determinatum ab ecclesia. Et probat quia ecclesia regitur auctoritate sacrae scripturae, et etiam per illud Pauli ad Gala. 1^o: Licet nos aut angelus de caelo evangelizet vobis praeter quam quod evangelizatum est, non credetis.

Et etiam Ioan. Driedo, doctor Lovaniensis vere egregius, qui sanctissime et diligentissime colligit omnes auctoritates sacrae scripturae contra lutheranos qui, si viderent eius opera et legerent, puto quod statum discederent. Is igitur in libro suo de scripturis sacris et dogmatibus ecclesiae libro 4^o tractat quaestionem hanc et distinguit de ecclesia quod dupliciter possumus loqui de ecclesia. Aut loquimur de congregatione fidelium quae unum est; scilicet, a passione Domini usque nunc, vel ab initio mundo, unde ponit aliquas opiniones.

Prima conclusio. Legendo de ecclesia incipienti a passione Domini usque ad nos; scilicet, ad finem mundi, dicit quod sunt aequalis auctoritatis. Probatur. Auctoritas ecclesiae non pendet [fol. 27r] ex sacra scriptura. Ergo

sacra scriptura non est maioris auctoritatis. Probatur. Quia tanta firmitas erat in ecclesia et tanta firmitas antequam esset scriptura. Ergo. Probatur antecedens. Nam ante passionem Domini et ante Moysem erat ecclesia, et tan auctoritas erat ante ipsum sicut post ipsum. Quia tempore Abraham tanta auctoritas erat et ita firma fides in ipso et in lege evangelica ante quam scriberent evangelistae, erat tanta auctoritas ante sicut post. Ergo

Item probatur quia isto modo inclusit apostolos, prophetas et evangelistas. Sed tanta auctoritas in evangelista sicut est in scriptura sacra, quia ego non crederem evangelio Ioannis nisi quia credo illum. Ergo. Item probat auctoritate Augustini: Evangelio non crederem, etc.

2^a conclusio. Capiendo ecclesiam pro congregatione quae nunc est excludendo apostolos maioris auctoritatis scripturam sacram quam ecclesia. Patet. Nam si esset determinatum in ecclesia ex sacra scriptura, non esset tantae auctoritatis sicut illud quod est in scriptura sacra. Probatur. Congregatio fidelium quae nunc est, dirigitur auctoritate scripturae sacrae et ecclesiae antiquae ita quod non potest excedere limites illius. Ergo maioris auctoritatis est scriptura sacra quam ecclesia quae nunc est. Nec de ista ecclesia dicit Augustinus, evangelio non crederem, etc., sed de antiqua ecclesia, quia in illa erat spiritus propheticus. Ista tamen non est spiritus propheticus.

3^a conclusio. Nihilominus tamen licet ibi sit ita, tamen quidquid ecclesia determinaverit tanquam de fide, ecclesia (inquam) praesens non potest errare. Unde haec est differentia inter ecclesiam antiquam et hanc, quia antiqua habebat spiritum propheticum. Haec tamen regulariter non. Unde habetur in Actibus apostolorum quod quando apostoli et ecclesia congregantur dicebant: Visum est Spiritui sancto et nobis. Licet haec tamen non habebat spiritum propheticum regulariter, nihilominus Spiritus sanctus assistit in ecclesia hac conservando ea quae sunt fidei ne ecclesia nostra pereat. Et totam istam sententiam videtur hic doctor accepisse a Durando in 3^o Sententiarum dist. 24, q. 1^a.

Unde quando inquit Abulensis quod ecclesia [fol. 27v] est tantae vel maioris auctoritatis quam auctoritas sacrae scripturae intelligit de ecclesia antiqua. Et sic debet intelligi. Et Caietanus debet intelligi de nova. Et forsitan est probabilior opinio Abulensis, quia propter quod est nullum quodque tale et illud magis. Sed nos credimus evangelio quia Ioannes dixit et ecclesia approbavit. Sed Durandus et Caietanus sunt intelligendi de ecclesia quae nunc est. Unde possumus tenere quod auctoritas ecclesiae loquendo de ecclesia antiqua est tanta vel maior quam auctoritas sacrae scripturae. Patet. Quia nos credimus sacrae scripturae, quia apostoli dicunt. Ergo magis credimus apostolis quia propter unumquodque tale. Sed apostoli cum aliis discipulis fuere ecclesia antiquorum. Ergo maioris auctoritatis fuit ecclesia antiqua quam sacra scriptura. Et sic opinio Abulensis quoad hoc est verior.

2. Domingo de Soto³

a) MÉXICO. Biblioteca Nacional. Ms. 940. fol. 16v (1525-1532)?⁴

[fol. 16v] 2^{um} dubium. Quae potestas est ista condendi articulum fidei. Scilicet an condere articulum sit recipere novam revelationem a Deo immediate. Respondeo quod non recipit revelationem ecclesia quando condit articulum fidei, sed solum mediate, scilicet habet potestatem eliciendi ex scriptura aliquid propositionem. In hoc consistit auctoritas ecclesiae, quod si scrutetur scripturas ad determinationem articuli non possit errare. Tamen si ecclesia velit aliquid determinare sine scrutatione scripturae, erraret.

Sed dicetis. Unde habemus certitudinem quod ecclesia non erravit in determinatione articuloorum. Respondetur quod certi sumus ex illo quod Deus promisit quod non deficiet fides ecclesiae auctoritas, quia quilibet qui freceit quod in se est et scrutaretur scripturas non permetteretur errare.

Respondetur quod falsum est; imo, si sancti ita fecissent diligentiam possibilem, si no essent in concilio possent errare, quod non est admittendum de ecclesia cum de fide sit quod ecclesia non potesta errare. Habemus ergo quod determinare articulum fidei non est recipere immediate revelationem a Deo. Sed auctoritas ecclesiae solum est mediate revelatio; id est, per revelationem apostolorum. Ex his sequitur 1^o quod condere sacram scripturam. Et sic tota ecclesai possit condere sacram scripturam cum ad hoc requiratur immediate revelatio.

b) PALENCIA. Biblioteca del Cabildo de la catedral. Mc. 13, fols. 266r-272r (1536)

[fol. 266r]⁵ Relectio reverendissimi P. fr. Dominici de Soto magistri circa *Primum Sententiarum* de sacro canone et eius sensibus habita Salmanticae. Anno a virgineo partu, 1536. [...]

[fol. 266v] [...] [Prima quaestio]⁶. In primo ergo puncto statuendum

³ Biografía y manuscritos, Cf. JERICÓ BERMEJO, I., *Sobre los comentarios salmantinos a la Secunda Secundae. Profesores y obras: Verdad y Vida* 64 (2006) 115-116 y 137-139.

⁴ Este manuscrito aparece sin fecha. En Salamanca explicó Soto este artículo décimo al comienzo del año 1539. La enseñanza del Ms. 940 existente en la Biblioteca Nacional de México pudo ser compuesto en los años en el que fray Bomínco residía en el convento de San Esteban de Salamanca; es decir, desde 1525 hasta finales de 1532, que fue cuando ocupó la cátedra de Vísperas de la Universidad de Salamanca.

⁵ PALENCIA. BIBLIOTECA DEL CABILDO DE LA CATEDRAL. Ms. 13,

⁶ Lo comprendido entre corchetes se halla al margen. Así ocurre siempre en el texto latino. En el texto castellano ocurre que se colocan a veces los corchetes para hacer mejor sentido a una frase. Así, en el texto castellano, hay que comprobar si esos corchetes que aparecen están

nobis est quisnam liber sit canonicus censendus; hoc est, quid requiritur ut sit canonicus. Et videtur disputatio nostra nomine ipso proficiscatur. Canon nomen graecum est quod latine redditum idem pollet quod regula, unde liber canonicus idem est quod regularis. Est enim membrum librorum ab ecclesia praescriptum qui divina pollet⁷ auctoritate cui numero nec addi quicquam potest nec subtrahi, ideoque catalogus ille librorum merito nuncupatur regula, et quicumque liber illic ascriptus dicitur regularis vel sub aliis nominibus catalogus ille dicitur canon, et liber appellatur canonicus. Quod fit ut apud theologos⁸ non valeat idem canon sicut apud canonistas, nam ipsi sententias sanctorum patrum et decreta vocant canones. Qua significatione nos etiam utimur sed in praesentia idem pollet liber canonicus ac si dicatis liber divinus, liber qui habet auctoritatem divinam. Unde librum canonicum solent sic describere: Liber canonicus est cui nefas⁹ atque haeresis est contradicere, immo cuius nihil quod illic assertum esset licet vel dubitare. Quam ut reor diffinitionem colligunt ex Augustino in epistola ad Hieronymum quaestione 19. Et habetur dist. 9 capite ego solis, ubi inquit ego solis eis scripturarum libris¹⁰ qui iam canonici appellantur didici hunc timorem honoremque deferre ut nullum eorum auctorem scribendo aliquid errasse firmissime credam. Sed esto ita sit quod ille sit liber pro canonico habendus, de cuius auctoritate dubitare non licet.

Est tamen dubium nostrum circa causam huius auctoritatis libri canonici. Utrum videlicet ut liber quisque sit canonicus requiratur quod sit revelatus a Deo. Nam id omnes pro comperto habent, et tamen videtur indignum expositione. Arguitur enim sic pro parte negativa. Primo, multa sunt in sacro canone quae fuerunt scriptoribus nota sine aliqua speciale vel spirituali revelatione. Hoc patet in historiis utriusque testamenti. Scripsit enim Moyses exitum Israel de Aegypto, peregrinationem deserti, quae propriis oculis vidit. Et Iosue ut fertur scripsit historiam suam. Item historia Iudicum, Regum, Paralipomenon, haec omnia sine revelatione fuerunt cognita. Item in novo testamento Matthaeus scripsit vocationem suam et praedicationem Christi. Et pariter Iohannes, quae omnia naturaliter conspexerunt. Et Lucas scripsit acta apostolorum. Et Marcus scripsit evangelium referente illi Petro, et Lucas

o no están en el texto latino. Si están, el texto corresponde a Soto. Si no lo están, corresponde el texto sólo al traductor.

⁷ Ms. polent.

⁸ Ms. theologus.

⁹ Ms. nephas.

¹⁰ Ms. libros.

referente Paulo, et ceteris apostolis, ut post Papiam antiquissimum auctorem scripsit Hieronymus in de viris illustribus¹¹ et omnes ita dicunt. Ergo illa non scripserunt ex revelatione. Unde Augustinus in principio statim primi libri de consensu evangeliorum non videtur fundare auctoritatem evangelistarum in revelatione aliqua, sed quia fideliter scripserunt quae viderant vel ab aliis audierunt, et adversus Faustum Manichaeum evertentem auctoritatem [fol. 267r] evangelistarum eodem utitur argumento.

Accedit ad hoc auctoritas ipsorum apostolorum. Nam Actuum 4^o Petrus et Ioannes. Non possumus (inquit) quae vidimus et audivimus non loqui. Et Ioannes in prima sua canonica capite 1^o: Quae vidimus et audivimus oculis nostris et manus nostrae contrectaverunt annuntiavimus vobis. Et Lucas in prologo sui evangelii dicit se narrationem rerum ordinare sicut tradiderunt (inquit) nobis qui ab initio ipsi viderunt et ministri fuerunt sermonis. Ecce quomodo sancti apostoli non referunt testimonium suum in aliam supernaturalem revelationem, sed quod testes fuerunt oculati. Quod si quis dixerit Christum ipsum revelasse illis in suam praedicationem fuisse revelationem, fatemur hoc posse dici de aliquibus supernaturalibus veritatibus. Nam fuit Ioanni in baptisate Christi revelatum quod esset verus filius Dei ut ipse testatur Ioannis 1^o. Et ipse Christus revelavit discipulis resurrectionem apparens eis, sed tamen aliorum quae naturaliter cognoscerat quid opus est revelare? Et confirmatur haec tandem. Si Iosephus vel quilibet alius historicus qui esset praesens scripsisset illam historiam, non esset scriptura canonica nec videtur maiorem revelationem habuisse Matthaeus de vocatione sua, quare ergo illa dicitur revelata et canonica magis quam si modo quis vellet facere historiam de bello punico aut gallico.

Et pro parte affirmativa est Paulus ad Hebraeos. Imprimis, multifaries multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissime autem in diebus istis locutus est nobis per os sanctorum qui a seculo sunt prophetarum eius. Et 2^{ae} Petri 1^o: Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia sed Spiritu Sancto inspirante locuti sunt sancti Dei homines. Accedit eadem ratio, nam si scriptura non esset auctoritate Dei conscripta, posset falsum continere, quia omnis homo mendax Ps. 115. Sed scripturam sacram (ut diximus) appellamus cui non est fas contradicere. Ergo requiritur quod sit a Deo revelata.

Et dubium hoc submovimus ut exponamus qualis revelatio requiratur ut scriptura sit canonica. Ad quod rendemus tali distinctione. Revelatio dupliciter potest capi. Uno modo proprie pro infusione scientiae quae fit supernaturaliter. Hoc enim sonat proprium nomen revelationis sive fiat per infusionem habitus

¹¹ Ms. illustris.

ut in baptisate infunditur habitus fidei, sive species ut prophetis induebantur species repraesentantes futura, et quae distabant ab humana cognitione, sive utrumque infundatur sicut primoparenti est verisimile quod infusa fuerunt et species rerum et habitus scientiarum, sive sola notitia actualis ut forsitan Paulo in raptu. Omnes enim istae dicuntur proprie revelationes, immo predicatio ipsa Christi et Apostolorum de mysteriis fidei est vera revelatio.

Et de hac constituimus primam conclusionem. [Prima propositio] est. Non requiritur ut scriptura sit canonica ut sic hoc modo revelata. Hanc puto abunde¹² probatam inter arguendum. Alio modo accipitur revelatio, quae significantius dicitur inspiratio pio motu Spiritus Sancti quo scilicet movet aliquem scriptorum ad scribendum et servat ipsum ne possit errare.

Et est 2^a conclusio. [2^a propositio,] quod haec revelatio requiritur ad auctoritatem libri canonici v. g. Moyses et Matthaeus multa scripserunt quae naturaliter cognoverunt, attamen non fuerunt moti ad scribendum [fol. 267v] ratione humana sicut Iosephus v. g. et Livius, sed moti spirituali inspiratione Spiritus Sancti, et ideo tenebantur quantum ad voluntatem ne mentirentur, aliter scribendo quam noverant, et quantum ad intellectum ne laborerentur memoria. Nam saepe usu venit quod etiam oculati testes aliter referant res quae sunt gestae, ut constat de illis qui faciunt in theatro. Alii aliter referunt quod omnes viderunt et per haec non tam proprie dicitur revelatio. Patet, quia non est semper infusio scientiae, nec est solum circa intellectum sed circa voluntatem. Quapropter licet posset quoque dici revelatio, significantius tamen dicitur inspiratio, et ita Petrus inquit non voluntate humana sed spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti Dei omnes; id est, Spiritu sancto movente voluntates.

Subsequitur 2^{um} dubium. Postquam non requiritur illa revelatio primo modo, utrum saltem sufficiat quaecumque revelatio ut liber sit canonicus. Et videtur quod sic. Nam videtur quod idem polleret liber revelatus et liber canonicus. Et respondetur per duas propositiones. Prima, revelatio primo modo quae est infusio scientiae supernaturaliter sicut non requiritur, ita non sufficit ut scriptura sit canonica. Probatur. Si Deus postquam revelavit Isaiae mysteria cuncta¹³ quae scripsit permisisset eum humano modo scribere, itaque licet fideliter cuncta narrasset, tamen humana virtute veritatis sicut scripsisset Cato et sicut scripsisset Hieronymus, non esset scriptura canonica, quia licet esset vera, tamen non haberet certitudinem divinam sed fallibilem. Ex quo sequitur quod revelatio isto modo est impertinens ad auctoritatem libri canonici licet saepe concurrat ut in prophetis et in apostolis.

¹² Ms. habunde

¹³ Ms cuncta.

2^a propositio. Revelatio 2^o modo sicut requiritur, ita etiam sufficit ad auctoritatem libri canonici, nam quidquid homo scripsisset Deo movente et inspirante licet illud cognovisset naturaliter, esset scriptura canonica dummodo recitaretur ab ecclesia tanquam pertinens ad fidem. Ubi notandum quod licet ipso modo esset revelata, Ecclesia non acceptasset, non esset scriptura canonica, quia ut infra videbimus, ad ipsam spectat determinare quae scriptura sit canonica, immo forse requireretur quod esset alicuius veritatis pertinentis ad fidem vel ad mores fidelium. Nam licet constaret modo quod Deus revelavit pastori in campo futurum aliquod exilium orbis vel bonam fortunam alicuius, non continuo esset scriptura canonica.

Et est 3^{um} dubium, quod continuo oritur ex dictis, utrum quicumque concursus Spiritus Sancti dummodo sit spiritualis motio, sufficiat ad auctoritatem libri canonici. Et particulariter movetur propter concilia generalia et propter decreta pontificum, adminus secundum s. Thomam et illos qui tenent papam non posse errare in his quae pertinent ad fidem. Sed loquamur de concilio legitime congregato ut omnes catholici conveniamus. Videtur enim quod acta concilii iuxta illa quae dicta sunt, sint etiam sacra scriptura, nam concurrat specialiter Spiritus Sanctus cum ecclesia ut non posset errare iuxta illud Lucae 22: Ego rogavi pro te ut non deficiat fides tua. Et Matth. 18.: Ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Immo est determinatio ecclesiae quod concilium non potest errare.

Accedit auctoritas Gratiani, [fol. 268r] saltim ut ipse putat esse sententiam Augustini dist. 19. capite in canonicis, ubi ipse cum suis glossatoribus tenent quod omnes decretales sunt scripturae canonicae, nec possunt se excusare dicentes quod intelligunt improprie de scripturis canonicis. Nam Augustinus in illo loco unde sumptus est ille textus proprie loquitur de scripturis canonicis. Et hic aperitur illustris quaestio¹⁴ de auctoritate ecclesiae. Et primo, videbimus quod possit ecclesia circa scripturam canonicam et 2^o comprobabimus auctoritatem ecclesiae ad auctoritatem sacrae scripturae.

Quoad primum constituam 5 propositiones, etc. 1^a. Christus redemptor noster quicquid revelavit ecclesiae pertinens ad fidem revelavit per apostolos ita quod ecclesia tota quae fuit a tempore apostolorum usque ad finem seculi non potest aliud tenere de fide nisi quod apostoli praedicaverunt vel explicite vel implicite vel in doctrina quam ipsi approbaverunt tanquam de fide. Haec conclusio probatur primo ex ipso nomine apostoli, quod idem¹⁵ valet quod missus. Quo nomine censentur solum illi 12 qui particulariter missi sunt ad praedicandum doctrinam Christi iuxta illud apostoli 2^{ae} ad Cor. 5. Pro Christo

¹⁴ Ms. quo.

¹⁵ Ms quidem

legatione fungimur tanquam Deo exhortante¹⁶ per nos. 2^o comprobatur ex ipsa eorum electione Luc. 9. et Matth. 10: Convocatis Iesus 12. apostolis dedit illis potestatem et virtutem super omnia daemonia et ut languores curarent, et misit illos praedicare verbum Dei. Et Matth. ultimo: Euntes in mundum universum, docete omnes gentes baptizantes eos, ubi omnes doctores notant proprium esse apostolorum et ad illos pertinere solum praedicare doctrinam Christi.

Et ideo Ioannis 14. illis particulariter promissus est Spiritus Sanctus qui doceret eos omnem veritatem et Lucae ultimo stans in medio eorum dixit: Vos testes estis eorum quae in me complecta sunt et ego mittam promissum Patris mei in vos; vos autem sedete in civitate donec induamini virtute ex alto. Quem locum citat Lucas Actuum 1^o. Ecce illis particulariter promissus est Spiritus sanctus tanquam testibus Christi et ita illis particulariter est missus, ut habetur Actuum 2^o. Sed forte quis dubitat testimonia non satis intentum probare, nam episcopi succedunt apostolis ut auctor est Augustinus super illud Ps. 44¹⁷: Pro patribus tuis nati sunt tibi filii. Et habetur in canone quorum vias 6, 8^a distinctione et in concilio florentino. Ergo quicquid in evangelio dicitur proprie de apostolis communiter intelligendum est de omnibus episcopis. Et sic videtur quod saltem concilium potest facere scripturam sacram.

Respondetur verum esse quod episcopi succedunt apostolis, non tamen ad condendum novam fidem sed ad exponendum illa quae docti sunt ab apostolis et ad gubernationem ecclesiae, ita quod sicut apostoli nihil potuerunt praedicare nisi quod Christus docuit illos, ita nec ecclesia potest tenere nisi quae docta est per apostolos. Unde apostolus 1^{ae} ad Cor. 12. distribuens officia membrorum ecclesiae distincte dixit: Posuit quosdam apostolos, 2^o prophetas, deinde doctores. Apostoli et prophetae revelationes immediate recipiunt, sed doctores illa exponunt quae apostolis revelavit.

Et confirmatur haec nostra solutio. Nam si episcopi succedentes apostolis [fol. 268v] vel electi ab apostolis haberent potestatem quam habent apostoli; scilicet ut dictata sua haberent auctoritatem divinam praedicandi doctrinam novam, non opus fuisset Matthiam subscribi loco Iudae per immediatam electionem a Deo, sicut habetur Actuum 1^o. Oportet (inquit) ex his viris qui¹⁸ nobiscum sunt congregati in omni tempore quo intravit et exiit inter nos Dominus incipiens a baptismo Ioannis usque in diem qua assumptus est a nobis testes resurrectionis eius nobiscum fieri. Ecce testem oculatum dicit eligendum esse, et illum quidem divinitus, ita praedicati sunt Deum ut ipse eligeretur. Ergo ipsi non habent auctoritatem apostolorum.

¹⁶ Ms. Exortante.

¹⁷ Ms. 49.

¹⁸ Ms. quod.

Et confirmatur 2^o quia per opera pseudoapostoli moliebantur apud Galatas Paulum non esse verum apostolum quia non erat electus a Christo et ideo dicebant non esse habendam pro fide praedicationem eius. A quorum ipse calumnia sese compurgat comparando se aliis apostolis, et ideo incipit Paulus apostolus non ab hominibus nec pro homine, sed per Iesum Christum et Deum Patrem qui suscitavit eum a mortuis. Quorsum haec si alius quam apostolus haberet auctoritatem rectificandi fidem Christi. Unde apostolis¹⁹ tribuit Christus proprietates quae sibi erant propriae Ionn. 20.: Sicut misit me Pater et ego mitto vos. Et Ioann. 8. de se dicit: Ego sum lux mundi. Et Matth. 5. dicit: Vos estis lux mundi. Et dicit eos esse super candelabrum ut luceant omnibus qui in domo; id est, qui in ecclesia sunt; illos esse sal terrae et civitatem supra montem positam, quod etiam Christus opere ipso ostendit cum legem non immediate toti populo sed solis apostolis primo promulgavit per quos per orbem erat praedicanda, nam cum ascendisset in montem dicit Mathaeus quod accesserunt ad eum discipuli eius et aperiens os suum docebat eos dicens: Beati pauperes, quod Lucas etiam insinuavit dicens quod elevatis oculis in discipulos suos dicebat: Beati pauperes, instruens illos qui aliis essent praedicaturi, quod Paulus 1^{ae} ad Cor. 2^o docet dicens de sapientia divina quam nemo principum huius seculi cognovit. Nobis autem (inquit) revelavit Deus per Spiritum sanctum.

Habemus ergo solos apostolos esse per quos Christus revelavit immediate ecclesiae fidem suam, sed adiecimus in conclusione quod revelavit per solos apostolos vel per eos qui recepti et probati sunt ab apostolis, quod diximus propter Marcum et Lucam, unde Hieronymus in de viris illustribus. Et doctores dicunt quod Marcus scripsit quidquid a Petro doctus est et Lucas instruite Paulo a Deo ut sint qui suspicantur ut quando apostolus dicit ad Timoth. 2^{ae}, capite 2^o. Secundum evangelium meum intelligit de evangelio Lucae, sed hoc valeat quantum potest.

Est tamen hic dubium utrum Marcus et Lucas fuerunt immediate inspirati adeo ut, sicut apostoli, ad scribendum. Dicimus hic tria. Primum, quod fuerunt inspirati. Nam si solum fuissent inspirati per apostolos, non reputaret ecclesia evangelia eorum esse sua, sed potius apostolorum, quorum illi essent sicut notarii quemadmodum epistolam ad Romanos non ducit ecclesia pro epistola Tertii, [fol. 269r] sic enim vocabat notarium²⁰ apostolus qui scripsit epistolam ad Romanos ut habetur ad Romanos ultimo, sed pro epistola Pauli licet ipso dictante Tertius scripserit. Ita ergo evangelia Marci et Lucae non reputarentur sua nisi ipsi tanquam veri auctores scripserint. 2^o dico quod fuerunt forte

¹⁹ Ms. apostolus.

²⁰ Ms. notarius.

inspirati [per inspirationem apostolorum]. 3° dico sub censura hoc latius intelligentium quod fuit necessarium apostolos aprobasse sua evangelia ut haberentur pro canonicis. Alias ecclesia non potuisset habere pro canonicis nisi credidissent apostolis approbata. Haec sequuntur ex dictis quae diximus in probatione conclusionis quibus utcumque probavimus per solos apostolos Christum revelasse fidem.

Et confirmatur auctoritate Augustini, qui hoc ipsum videtur sentire libro 1° de consensu evangeliorum ne putaretur quod attinet ad praecipendum evangelium interesse aliquid utrum illi annuncient qui Dominum in carne apparentem secuti sunt, an hii qui ex illis fideliter comperta crediderunt divina providentia, procuratum est ut etiam his qui apostolos sequebantur quasi non essent recipiendi nisi apostoli comprobarent [hic sunt Marcus et Lucas]. Et capite 2° dicit quod propterea ecclesia locavit eos inter Matthaëum et Ioannem ut ab utroque latere committerentur. Et lib. 4. capite 8. reddens rationem quare ecclesia accepit Lucam et Marcum et alios reiecit dicit, quia eo tempore scripserunt quo non solum ab ecclesia, verum ab ipsis in carne viventibus apostolis probare potuerunt, sed ipse divus Lucas huic conclusioni attestatur. Quoniam multi (inquit) conati²¹ sunt ordinare narrationem quae nobis sunt rerum complete sicut tradiderunt nobis, visum est et mihi exordium tibi scribere. Immo Augustinus lib. 18 contra Faustum capite 4. dicit quod Paulum ipsum nunquam recepisset ecclesia nisi ipse invenisset²² apostolos in carne viventes, quibus communicando et conferendo evangelium suum eiusdem societatis esse aprobaret. Et ex hoc sumenda est una regula qua utitur ecclesia in recipiendis libris canonicis. Omnis enim liber qui receptus est ab ecclesia tanquam canonicus pertinens ad novum testamentum tenendum est pro certo quod vel est apostoli vel receptus ab apostolis.

Ecce 1^{am} conclusionem, scilicet quod quidquid Christus revelavit ecclesiae pertinens ad fidem revelavit per apostolos, quam conclusionem asserebat Augustinus lib. 1° de consensu evangeliorum capite ultimo. Quidquid ille, scilicet Christus, de suis factis et dictis nos legere voluit, hoc scribendum illis, scilicet apostolis, tanquam suis manibus imperavit. Et Hieronymus in minori breviatione exponens illud Ps. 86. Dominus narravit in scripturis populorum, sed addidit principium horum quae fuerunt in ea. Non (inquit) qui sunt in ea, sed principum qui fuerunt in ea, nempe apostolorum, ubi notat Hieronymus quod totus canon novi testamenti sit apostolorum vel saltim ab illis acceptus.

Huic 1^{ae} conclusioni apponimus 2^{am} scilicet quod id dictum est de apostolis in novo testamento, sentiendum est in veteri de prophetis. Non enim

²¹ Ms. cognati.

²² Ms. invenisse.

poterant quidquam tamquam de fide tenere nisi quod esset illis revelatum per prophetas. Quod nos docet Paulus ad Hebraeos 1^o: Multipharie multisque modis olim loquens in prophetis, novissime autem diebus his locutus est nobis in filio. Quasi dicat id quod nunc loquitur in filio per apostolos, tunc loquebatur [fol. 269v] per prophetas. Et ad Ephe. 2^o per prophetas et apostolos vocant fundamentum ecclesiae: Iam non estis hospites et advenae sed estis cives sanctorum et domestici Dei supraedificati, etc. Ac si dicat Christum esse fundamentum ipsum utriusque testamenti et per prophetas et apostolos esse fundamenta quae fundantur²³ in primo fundamento. Unde Augustinus super illud Ps. 86. fundamenta eius in montibus, etc., pulchre exponit generaliter Christus in hoc quod dicitur lapis angularis qui est in firmitate aedificii, est primum fundamentum, nam quod in aedificiis terrenis fundatur, profundius subiicitur egregio in spirituali aedificio, fundamentum est in supremo loco a quo alia pendent fundamenta, unde Christus in evangelio Matth. 5. docuit apostolos succedere prophetis ubi praemuniens ipsos ad tollerantiam persecutionum dixit: Sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos. Quocirca divus Petrus in 1^o capite 2^{ae} canonicae quo iudaeis perspicatius exprimeret auctoritatem apostolicam comparat²⁴ prophetis. Habemus, inquit, firmiorem propheticum sermonem cui bene facitis attendentes sicut lucernae in caliginoso loco.

Et ideo ipsi²⁵ evangelistae usi sunt saepe auctoritatibus prophetarum. Immo Christus ipse redemptor noster discipulis euntibus in Emaus per expositionem prophetarum manifestavit veritatem redemptionis²⁶. Sed ut vera sit ista conclusio extendemus nomen prophetiae ad legem et psalmos, quae tria distinguit redemptor noster in Lucae ultimo. Necesse est (inquit) implere omnia quae scripta sunt in lege Moysi et prophetis et psalmis de filio hominis²⁷. Ergo quod per prophetas et apostolos revelavit Deus fidem utriusque testamenti. Unde Ambrosius libro 2^o de paenitentia capite 5^o: Apostoli (inquit) et prophetae os Dei.

3^a conclusio est. Non referebat ad fidem ecclesiae scripto an solo verbo revelaretur fides nisi ut firmius maneret in memoria. Volo dicere non esse minoris auctoritatis dicta apostolorum licet Ecclesia solo verbo teneret illam.

²³ Ms. fundatur.

²⁴ Ms. compara.

²⁵ Ms. ipsae.

²⁶ Ms. redentionis.

²⁷ Ms. coloca al margen de nuevo *hominis*. Es que, al parecer, lo escrito dentro del texto podía no ser rectamente entendido como *hominis*.

Haec ergo est contra istos haereticos modernos qui putant nihil ecclesia posse tenere de fide nisi quae est in sacra scriptura. Probatur conclusio paucis. Aliquando fuit ecclesia sine scriptura ut puta antequam Matthaeus aut Paulus scripsissent, et tunc tenebatur tanquam de fide illa quae postea scripserunt. Immo postquam Ioannes, qui fuit ultimus, scripsit, adiecit in calce sui evangelii. Sunt et alia multa quae fecit Iesus quae si scribantur per singula nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros. Christus nusquam legitur praecepisse apostolis scribere quicquid, sed: Ite (inquit) et docete omnes gentes. In hoc quod dixit ite, insinuavit quod verbo praesentes deberent docere et non absentes per scriptum. Et confirmatur hoc quia Paulus ut est verisimile aliquas epistolas forte scripsit absentibus quas si posset praesentialiter adesse non scripsisset, quod insinuat ad Roma. 1^o: Nolo vos ignorare fratres, quia saepe posui venire ad vos et prohibitus usque adhuc. Et sic²⁸ videtur scripsisse epistolam quia non poterat venire, et ideo si venisset verbo docuisset²⁹ illa quae scripto docuit, quod esset subinde [fol. 270r] de fide. Unde 2^{ae} ad Thesalo. 2^o: State (inquit) et tenete traditiones quas didicistis sive per sermonem sive per epistolam. Irenaeus distinctio 9 capite 4 dicit quod multi barbari sine caracteribus tenent fidem.

3^o arguitur quia lex nova erat promissa, quae non in tabulis lapideis, sed in cordibus hominum scriberetur ut habetur Ieremiae 31: Dabo (inquit) legem meam in visceribus eorum et in corde eorum scribam eam. Et apostolus 2^{ae} ad Cor. 3^o: Epistola estis Christi ministrata a nobis et scripta non atramento, sed spiritu Dei vivi. Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Unde Chrisostomus in prologo super Matthaeum inquit: Oportuerat nihil nos indigere auxilio litterarum, sed tam mundam exhibere³⁰ vitam ut vice illarum gratia Spiritus Sancti uteremur; et deinceps docet propter malitiam hominum scriptam esse legem litteris, nam prius antiqua praecepta dedit Deus patribus Abraham, Isaac et Iacob non scripto, sed in cordibus quae munda tunc habebant sed crescente malitia hominum in tempore Moysi scripta est in tabulis lapideis.

Eodem modo ita in novo testamento. In primitiva ecclesia non fuit statim scriptura, quia lex scribenda erat in cordibus per Spiritum Sanctum, sed quando inceperunt pseudoapostoli, ceperunt scribere, et ideo quando Matthaeus abscedere volebat a iudaeis, rogatus ab illis qui crediderant. Reliquit illis in scripto praedicationem suam ut refert illic Chrisostomus et Heronymus in prologo super Matthaeum. Non ergo erat propter fidem necessaria scriptura. Sed

²⁸ Ms. si.

²⁹ Ms. docuisse.

³⁰ Ms. exhivere.

est dubium circa istam 3^{am} conclusionem, utrum licet non fuisset necessarium propter fidem, nihilominus in rei veritate scripta sunt iam omnia quae sunt tanquam de fide tenenda, vel utrum sint aliqua tanquam de fide in ecclesia quae solo verbo durant a tempore Apostolorum. Hic distinguamus certa a dubiis.

Sit 1^a propositio. Licet aliqua essent nondum scripta in ecclesia, dummodo ecclesia teneret tanquam tradita ab apostolis essent perinde tanquam de fide tenenda ac si essent scripta in evangelio. Haec dixerim contra istos haereticos oppositum dicentes, et hoc probatum est in 3^a conclusione principali. 2^{um} dictum sit quod non est dubium esse in ecclesia multas traditiones apostolorum quae non sint scripta in canone et sunt tenendae tanquam apostolorum licet non sint omnino de fide quemadmodum evangelium. Hoc docet Origenes homilia 3 super Numeros ubi dicit multas esse caerimonias in ecclesia quas a pontifice Christo et filiis eius traditas et commendatas suscepimus ut orare genibus flexis ad orientem, exorcismi et cathecismi in baptismo et aliae id genus caerimoniae in administrandis sacramentis, quas verisimile est a tempore apostolorum enarrasse in ecclesia. Idem dicit Dionysius capite 1^o ecclesiasticae hierarchiae; scilicet quod doctrinas et praeceptiones Apostoli multas³¹ partim scriptis, partim non scriptis, tradiderunt nobis. Item Cyprianus et Hylarius quos refert Rofensis veritate 9^a adversus Lutherum.

3^{um} dictum est quod posset ecclesia aliquid [fol. 270v] tanquam de fide per articulos exprimere quod non sit expressum et sit implicite contentum in sacra scriptura. Hoc probabimus statim conclusione 5^a 4^{um} dictum est veniendo ad punctum quod forsitan tanquam de fide proprie nihil tenet ecclesia quae non sit vel implicite vel explicite in sacro canone, sed est de per accidens quod sint scripta omnia, quia nihilominus essent de fide, et dicimus quod providentia Spritus Sancti factum est ut omnia munda, omnia mundarentur scripto propter haereticos homines. Hoc sic mihi persuadeo. Primo, quia ecclesia propter sacrum canonem nihil tenet tanquam proprie de fide nisi 14 articulos fidei et illi omnes sunt in sacro canone vel expresse vel implicite. 2^a. Confirmamus hoc dictum auctoritatibus Augustini et Hieronymi supra citatis. Ait enim Augustinus: Quidquid Christus de suis factis et dictis nos legere voluit, hoc scribendum apostolis tanquam suis manibus tradidit. Et Hieronimus super illud in scripturis populorum dicit quod Dominus narravit non verbo, sed scriptura. Et sic videtur quod tota fides sit in scriptura iam posita, cui sententiae videtur subscribere Ubaldensis, tomo 1^o, libro 2^o, capite 20. et 21., nam dicit quod non potest ecclesia novam scripturam canonicam condere, et intellexit³² quod non potest declarare esse aliam scripturam apostolorum nisi quae iam est recepta.

³¹ Ms. multas.

³² Ms. intellexit.

4^a conclusio principalis est quod ecclesia non potest facere scripturam canonicam. Haec sequitur ex prima, nam si quidquid Deus revelavit ecclesiae revelavit per apostolos, non potest ipsa aliam novam condere tanquam de fide. 5^a conclusio et ultima est quod ecclesia accipiendo pro tota ecclesia exclusis apostolis habet auctoritatem determinandi dubia quae sunt in sacra scriptura et exponendi novos articulos fidei eliciendo illos ex sacra scriptura. Haec late patet apud auctores qui scripserunt contra Ubicleftistas, et nunc adversus lutheranos, qui haeretici putant nullum dubium ecclesia posse terminare, sed quod est expectanda revelatio Spiritus sancti ut dicebat Ubiclef sermone 45. referente Ubaldense tomo 1^o libro 2^o. Et quia non intendimus hic disputare contra istos haereticos, paucis declarabimus conclusionem.

Primo, Matthaei 28: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi; et Ioannes 14: Ego rogabo Patrem et alium Paraclitum dabit vobis ut maneat vobiscum in aeternum. Ad quid promisit se et Spiritum sanctum nobiscum permansuros nisi potissimum ad exponendum sacram scripturam quam ipsi revelaverant? Et ratione probatur adversus istos, quia Christus salva conditione hominum non potuit doctrinam adeo clarissima tradere quin a diversis varie intelligeretur. Nam haec est conditio humana ut sicut tot sensus quot capita. Unde ex sacra scriptura male intellecta variae haereses creverunt in ecclesia, ut ex illo (Pater maior me est) conclusit Arianus Filium non esse [fol. 271r] consubstantialem Patri, et ex alio: Ego et Pater unum sumus, colligit contrarium Sabellius: non esse personaliter distinctos. Ergo necesse fuit quod maneret in ecclesia certa regula ad illa dubia terminanda. Alias posset³³ deficere fides contra promissionem Christi: Ego rogabo pro te ut non deficiat fides tua. Et hanc regulam non potest alius fingi nisi vel papa qui est vicarius Christi, vel ecclesia legitime congregata cum papa. De hoc non disputamus modo.

Nam si esset expectanda nova³⁴ revelatio, ut dicebant illi haeretici, vel erat expectanda ut singulis suppositis ecclesiae fieret revelatio, vel quod fieret uni cui alii crederent. Non primum, quia hoc esset fatuum dicere, quod singuli deberent expectare revelationem. Et si 2^{um} vel esset de fide quod ille cui fit revelatio non posset decipere alios, vel non. Si non esset de fide, quam certitudinem habemus quod ille non mentietur? Nam Mahometus etiam asserebat sibi esse a Deo revelatam sectam suam. Si autem esset de fide quod ille non posset³⁵ decipere, certe non potest esse alius nisi vel vicarius Christi cui promisit Christus quod non deficeret fides sua, vel tota ecclesia de qua dixit

³³ Ms. posse.

³⁴ Ms. noba.

³⁵ Ms. posse.

quod ubicumque fuerint duo vel tres in nomine eius congregati, ibi esset in medio eorum. Hoc etiam confirmatur ex usu ecclesiae quae in concilio nicaeno et in Cosntantinopolitano³⁶ determinavit certos articulos contra diversos haereticos tanquam de fide. Late corroborat hanc conclusionem dominus Ubaldensis tomo 1º libro 2º capite 19. Unum tamen volo admonere quod asserit illic capite 22. Ait enim quod licet ecclesia potuit antea condere novos articulos, tamen iam non potest quia iam adducta est ad aetatem perfectam.

Hoc tamen bona venia gravissimi doctoris dixerim. Non video quomodo sit verum. Nam si propter necessitatem diversorum haereticorum in ecclesia illi articuli sunt conditi, ut puta de consubstantialitate divinarum personarum de divinitate Christi, nescio quare si modo insurgant novae haereses, quare non possint condi novi articuli, ut v. g. si nunc in concilio futuro determinaretur tanquam articulus quod Christus est realiter in sacramento contra illos haereticos qui hoc negant ecclesiae. Ergo. De illo dubio 3º. Utrum ecclesia posset³⁷ condere sacram scripturam, negamus enim quod possit. Ex quo sequitur corollarium contra illum textum Gratiani falso desumptum ex Augustino dist. 19. capite in canonicis, et contra canonistas, quod propter ipsum sunt decepti dicentes quod decretales et concilia sunt scriptura canonica.

Sequitur in contrarium quod nec decretales nec concilia sunt scriptura canonica. Hoc satis probatum est iam. Et adhuc confirmatur, nam scriptura canonica invariabilis est et inmutabilis omnino, sed decretales et acta concilii possunt et debent iuxta temporum varietatem mutari. Et confirmatur hoc quia acta concilii sunt nonnumquam de rebus non tanti momenti, ut puta pertinentibus ad aliquas caerimonias ecclesiae vel personarum ecclesiasticarum, quae perinde solent per consuetudinem abrogari. Immo quae sunt [fol. 271v] maioris momenti abrogantur, ut antiquae paenitentiae quae antiquitus gravissime iniungebantur pro peccatis. Impietas est dicere quod sacra scriptura per aliquam consuetudinem abrogetur. Et de decretalibus est adhuc apparentia minor, nam licet de concilio legitime congregato cum papa communis sit omnium consensus ut errare non posset³⁸, tamen non habetur pro haeretica opinio dicentium quod papa potest errare etiam ut papa, licet iam forte non sustineret papa hanc opinionem, sed quod pluribus opus est. Nusquam vel in concilio vel in decreto pontificis, nec apud aliquem sanctum patrem, connumerantur concilia vel decretales inter libros canonicos, ut est videre in concilio laudicaeno, carthaginensi, florentino, ubi libri canonici

³⁶ Ms. Epheso.

³⁷ Ms. posse.

³⁸ Ms. posse.

numerantur. Et Gelasius in canone sancta³⁹ romana, 15. distinctione, post sacram scripturam collocat sacra concilia.

Unde ad textum Gratiani in capitulo in canonicis dicimus quod est falso et mendosissime desumptus ab Augustino, nam verba Augustini 2º de doctrina Christiana capitulo 8 unde textus ille desumptus est. Sic habentur in canonicis scripturis ecclesiarum catholicarum. Quamplurimum indagatur scripturarum auctoritas⁴⁰. Sequitur. Inter quas, scilicet ecclesias, sane illae sunt quae⁴¹ apostolica sedis litterae et ab ea aliae meruerunt accipere relativum quas; apud Augustinum refert ecclesias et apud Gratianum refert epistolas; et ideo compulsus est totam litteram pervertere ut palam est conferenti textum Augustini et textum Gratiani, et ideo lapsus est in hunc errorem ut non solum epistolas romanae ecclesiae crederet esse canonicas, sed etiam quas romana ecclesia recipit ab aliis ut si aliquis episcopus scripsit papae illa habebitur pro canonica. Sed tamen postquam cepit esse apud ipsos, opinio erit semper licet videant manifestissimum errorem in littera, et licet Gratianus habuisset⁴² mendosum librum, debuisset⁴³ notare verba quae sequuntur Augustini, nam statim declarat in particulari qui sunt libri canonici et recenset omnes libros qui sunt in biblia, nec meminit conciliorum nec decretalium. Sed satis est de hoc ad momentaneam declarationem.

Ad argumentum quod ecclesiae concilia et decreta sint scriptura canonica dictum est supra ad auctoritatem libri canonici non opus esse alia revelatione quam motione Spiritus Sancti speciali et manutenentia ne scriptor posset errare. Sed ita concurrat cum concilio. Ergo. Ad hoc dicimus quod ad auctoritatem libri canonici requiritur immediata revelatio, id est quod non praecedat per aliam revelationem nec more humano. Ita enim scripserunt evangelistae non quod colligerent ea quae scripserunt ex alia scriptura per disputationem et inquisitionem. Sed concilium non recipit revelationem immediatam, sed requiritur a Spiritu sancto ut exponendo sacram scripturam vel inde eliciendo aliquas conclusiones non errent. Sed contra, quia etiam evangelistae [fol. 272r] usi⁴⁴ sunt testimoniis prophetarum in concilio Actuum 15. Ad confirmanda

³⁹ Ms. santa.

⁴⁰ Ms. auctoritatem.

⁴¹ Ms. quas.

⁴² Ms. habuisset.

⁴³ Ms. debuisset.

⁴⁴ En el folio 271v se indica que la palabra primera del folio siguiente (272r) es *usi*; pero se escribió la primera palabra *ubi*. No hay duda que es una equivocación y debía haberse escrito *usi*, que es lo que aquí se pone. Además, alguien colocó una *s* encima de la *b* de *ubi*, como para llamar la atención de que debía leerse: *usi*.

decreta concilii etiam usi sunt testimoniis scripturarum ut puta Amos 9: Post haec revertar et reaedificabo tabernaculum David. Et hoc non obstante illud concilium est sacra scriptura. Idem Paulus ad Gala. 4. exponit illud quod Abraham habuit duos filios, exponit tanquam allegorice de duobus testamentis et ille sensus habetur pro canonico non alias nisi quia regebatur a Spiritum sancto ne errare posset in illa expositione. Ergo cum etiam non posset⁴⁵ errare adminus si utatur sacra scriptura, sequitur quod poterit exponere sacram scripturam taliter quod illa expositio sit scriptura canonica.

Dicimus ad hoc quod apostoli et evangelistae utebantur testimonis prophetarum de per accidens ita quod nihil minoris auctoritatis haberent licet nihil citassent, sed citabant ad condendas scripturas sicut Christus ipse utebatur etiam eisdem scripturis, vel ad confundendos iudeos, vel ad condendum quomodo omnia in figura contingebant illis. Sed ecclesia debet uti scriptura de per se ita, quia si concilium vellet aliquid determinare non modo humano disputando circa sacram scripturam, certe errasset, et sic sua revelatio non est immediata. Et per idem dicimus ad 2^{um} quod Paulus non elicuit illum sensum allegoricum more humano per aliam scripturam. Ecclesia tamen non posset exponere unam scripturam nisi per aliam, vel utendo disputationibus et rationibus naturalibus sapientium, et ideo sua scriptura non est canonica licet sit expositio sacrae scripturae nisi determinet illum tanquam articulum contentum in sacra scriptura.

Ex quo sequitur alia differentia. Quod in quocumque sensu apostolus citat aliquam auctoritatem, est de fide quod ille est verus sensus. Non tamen sic de ecclesia nisi determinet tanquam articulum. V. g. in concilio florentino citatur illud Iacobi: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiae ad corroborandum sacramentum extremae unctionis⁴⁶. Non est de fide quod ille sit sensus auctoris licet sit determinatio ecclesiae quod illud sit verum sacramentum. Ultimum argumentum potest fieri hic quod videtur ecclesia tenere multa de fide quae non sunt in canone ut perpetuam virginitatem Virginis, purgatorium, et alia id genus. Dicimus quod omnia illa sunt in sacra scriptura iuxta expositionem ecclesiae temporibus apostolorum, sed hoc longiorem tractatum exposcit.

c) ROMA. Biblioteca Apostolica Vaticana. Ott. lat. 782, fol. 66v/295v (1539)

[fol. 66v/295v] [...] Habemus ergo primum. Quod ecclesia instituere articulum non est recibere novam revelationem. Ex quo sequitur 2^o quod

⁴⁵ Ms. posse.

⁴⁶ Ms. untionis.

determinationes ecclesiae non sunt sacra scriptura. Noc vero connotat sacra scriptura, quod sit inmediate revelata a Deo. Revelatio autem Ecclesiae non est inmediate a Deo, sed per sacram scripturam. Et ideo revelatio apostolorum, puta sacra scriptura se rehabet sicut principium respectu revelationis ecclesiae.

3. Bartolomé Carranza⁴⁷

a) ROMA. Biblioreca Apostolica Vaticana. Vat. lat. 4645, fol. 18r-19v (1540-1541)

[fol. 18v] [...] 4^a questio⁴⁸ erat an sacrae scripturae essent infallibilis regula ad fidem christianam. Ad hoc supponamus omnes libros qui sunt in sacro canone esse regulam infalibilem quia dictati sunt a Spiritu Sancto. Quod hic habetur dubium est utrum sacra scriptura sit prima regula per quam pontifex et concilium regulentur in diffiniendis rebus fidei vel ecclesia et pontifex sit regula per quam sacra scriptura reguletur.

Et videtur quod sacra scriptura sit prima regula, quia credimus per revelationem. Sed quae continentur in sacra scriptura sunt a Deo revelata omnia. Ergo sacra scriptura est prima regula. In oppositum est autoritas d. Augustini: evangelio non crederem⁴⁹ nisi comendaretur autoritate ecclesiae. Ergo ecclesia est prima regula.

Ad hoc respondetur primo quod aliqui dixerunt sacram scripturam fuisse primam regulam. Hoc tenuit Lutherus cum germanis, et quod sumus pontifex et concilium sunt audiendi in rebus quae probantur per sacram scripturam et non aliter, quia per sacram scripturam fit revelatio. Sumus autem pontifex et concilium non sunt apostoli nec prophetae, quibus fiat revelatio. [fol. 19r] Probant⁵⁰ hoc ex Deut. ubi dixit dominus quod facerent iudaei quae docerent sacerdotes iuxta legem. Ergo summi pontifices quaecumque praecipunt debent praecipere iuxta sacram scripturam.

Sed omissa hac opinione quamvis habeat aliquam apparentiam, respondetur quod ecclesia est prima regula et sacra scriptura debeat per eam regulari et non e contra. Hanc conclusionem probat Ioannes Equio in enchiridio in principio. Probat evidentibus argumentis quae faciunt fidem mihi. Primum. Christus

⁴⁷ Biografía y manuscritos, Cf. JERICÓ BERMEJO, I., , *Sobre los comentarios salmantinos a la Secunda Secundae. Profesores y obras: Verdad y Vida* 64 (2006) 118-119 y 141-142.

⁴⁸ En la transcripción de este camuscrito se ha querido reproducir lo más posible el texto tal como aparece. Por eso, no se ha transcrito. 4.^a *quaestio*, sino 4^a *questio*.

⁴⁹ Ms. crederent.

⁵⁰ Sigue palabra tachada.

redemptor missus a Patre creavit ecclesiam et nullum constituit librum, nec praecepit apostolis ut scriberent. Et tamen tunc erat ecclesia. Solum dixit: praedicate evangelium. Non dixit scribite. Ergo.

Item quia evangelium lex nova non est lex scripta, sed vocalis predicatio. In hoc differt a lege veteri. Probatur Jer. 31: Post dies illos, dicit dominus, ego dabo legem meam scriptam in cordibus eorum. Ergo etc. Item Pau. ad Hebr. idem probat. Item ad Cor. 2 cap. 3: Epistola mea vos estis. Ergo etc. Potestis consulere d. Chrisostomum super Matth. homilia prima ubi hoc probatur elegantissime.

2º probatur quia ecclesia est antiquior scriptura. Ergo ecclesia est prima regula. Antecedens patet. In lege veteri antequam esset scriptura erant boni veri in ecclesia. Item in lege nova erant apostoli et nulla erat scriptura.

Item confirmatur quia scribere succedentes habebant auctoritatem ab scribentibus, scribentes autem habebant auctoritatem ab ecclesia, quia erant membra ecclesie. Ergo ecclesia est prima regula.

Item confirmatur ex Deut 17⁵¹. Dixit dominus: cum dubium aliquid decurrerit⁵², accedite ad sacerdotem, etc. ecclesiae. Non dixit: accedite ad legem, sed ad sacerdotem, tanquam ad verum iudicem. Ergo etc.

Item arguitur. Ecclesia visa est facere aliquid contra scripturam et praeter scripturam. Ergo maioris auctoritatis est ecclesia. Antecedens patet quia scriptura praecipit baptizare in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Oppositum autem factum est in ecclesia quando aliquando baptizavit tantum in nomine Christi. Ergo etc.

Item, quia scriptura [Actuum 15]⁵³ praeceperat quod gentes abstinerent a suffocato. Modo autem hoc non fit. Ergo. Item scriptura dicit: sabbatum sanctificabis. Ecclesia autem mutavit sabbatum in diem dominicum. Ergo etc. [fol. 19v] Item dominus dicit: non veni solvere legem, sed adimplere. Apostoli autem dixerunt omnia legalia cessasse⁵⁴. Ergo etc.

Praeterea multa sunt quae pertinent ad legem christianam quae non sunt in scriptura, ut de descensione domini ad inferos⁵⁵, de procesione personarum in divinis. Ergo etc. Confirmatur, quia sunt multa quae pertinent ad fidem quae nec expresse nec obscure continentur in sacra scriptura.

⁵¹ Ms. 37.

⁵² Ms decurrerit.

⁵³ Al margen derecho, con indicación.

⁵⁴ Ms. cessase.

⁵⁵ Ms inferis.

Probatur quia Thes.⁵⁶ 2 epistola cap. 2^o inquit Paulus: Habete quae diximus vobis, sive per sermonem sine per epistolam. Ecce dixit per sermonem, ergo etc. Item Ioan. 2 canonica: Plura habens ad vos scribere nolui dicere per cartam nec atramentum, quia spero venire ad vos et [os ad os loqui vobis. Ergo multa habet ecclesia non a sacra scriptura]. Et hoc dicit Inno. de celebracione missarium cap. cum Marthae.

Manet ergo probatum quod ecclesia est prima regula. Hinc infertur quod graviter errent qui in pertinentibus ad fidem et bonos mores petunt auctoritatem sacrae scripturae quae hoc expresse asserat. Sint haec satis in hac 4^a quaestione.

b) Secunda controversia (1546)⁵⁷

[p. 694a] Secunda controversia. An idem pondus habeant divinae scripturae. Ad secundam dubitationem respondetur esse secundum principium nostrae fidei, canonicam scripturam. [...] [p. 695b] [...] Ad praedicta consequitur nova difficultas. Quando certum est has duas esse regulas in rebus fidei, canonicam scripturam et sine scripto ecclesiasticam traditionem, utra istarum sit prior, et utra reguletur per alteram: scriptura canonica per ecclesiam, vel ecclesia per scripturas, in definiendis, et distinguendis his, quae ad fidem, et religionem christianam.

Videtur secundum quod ecclesiam per scripturas, quia prima radix fidei est revelatio, quae fit a Deo; sed ea, quae continentur in scripturis sunt immediate revelata a Deo; ergo illa erit omnium prima regula.

In contrarium est quod dicit Augustinus: Evangelio non crederem, nisi auctoritate ecclesiastica commendaretur. Ergo auctoritas scripturarum est ab ecclesia, non tamen e contra.

In hac difficultate aliqui catholici voluerunt dicere quod nunc paedicant Germani, quod scriptura sacra est prima regula, a qua oritur auctoritas ecclesiae, et quod si aliquod determinatum fuerit in ecclesia, et illud fuerit ex sacris scripturis probatum, in illis credendi sunt pontifices, non est immediate facta revelatio.

Confirmatur. Deut. 17. habetur quod, si iudices, ubi aliqua iuxta legum Domini preceperint, aut determinaverint audiantur a populo. Hinc colligunt: [p. 696a] Ergo non solum tenemur audire iudices, et concilia quando probant ex lege quae dixerint. Et sic intelligendum est illud: Qui vos audit, me audit, etc.

⁵⁶ Ms. Thi.

⁵⁷ Cf. CARRANZA, B., *Quattuor controversiarum de auctoritate ecclesiae, scripturae, opontificis et conciliorum explicatio*, iuxta editionem venetam anno 1546. (Ad sacrosnacta concilia a PH. Labbeo et G. Gossartio edita appatatus alter, XXIII -Venetiis 1728- 601.716).

Nos autem dicimus quod prior regula, et notior et multo latior est ecclesia, quam scriptura canonica, et haec per illam debet regulari, et non e contra. Hoc evidenter demonstrat Iohannes Echius in suo Enchiridio. Primo. Christus redemptor noster instituit ecclesiam, et post illum assumptum, ecclesia erat in terris quando nulla stabat scriptura, exceptis his, quae ad vetus testamentum pertinebant, et ab ecclesia accepimus scripturas. Ergo ab ecclesia habent aliquam originem scripturae.

Probatur haec. Christus nihil scripsit, nihilque scribendum mandavit Apostolis, aut discipulis, sed Matth. 18. dixit: Euntes, docete omnes gentes servare quaecunque mandavit vobis. Et Marc. ultimo: Euntes in mundum universum praedicate Evangelium, etc. Docete igitur et praedicate iussit sicut Apostoli, non scribere.

Confirmatur. Quoniam evangelium non est scriptura, sed vocalis annunciatio, sed cum audis evangelium, cave imagineris tractari de Matth. Marci, Lucae, aut Iohannis scripturis, quae tunc nullae erant, sed illud bonum et laetum nuntium, quod ascensus ad Patres mandavit Christus Apostolis praedicare omni creaturae, quod evangelium unum est. Evangelium enim bonum nuntium significare omnibus notum est, sed non pro quocumque nuntio redentionis et salutis aeternae, quae provissa fuit patribus, adumbrata in lege, pronuntiata in prophetis, et tandem in plenitudine temporis exhibita ab uno Christo, ad quam annunciandum orbi universo mittebantur Apostoli.

Secundo. In hoc differt lex vetus et nova, quod illa constat in scripturis, haec autem non. Ideo Hier. 31. distinguens hanc legem ab illa, dicit: Hanc scripturam in visceribus hominum, illam vero in tabulis lapideis. Sic: Dabo legem meam in visceribus eorum, et in cordibus eorum scribam eam, etc. Hoc demonstrat magis Paul. Hebrae. 8. et 2. Cor. 8: Epistola mea vos estis, non in tabulis lapideis, etc. Consule Chrysost. homilia prima, super Matth. Igitur si evangelium non est scriptura, non erit prima regula in rebus fidei scriptura.

Confirmatur. Ecclesia est antiquior omnibus scripturis, ante enim quam Dominus daret legem Moysi, iam erat ecclesia, nam post octo annos a passione Christi, primus scripsit Matthaeus, et ante illum erat ecclesia: ergo non regulabatur per scripturas.

Tertio. Scriptura superviventes ecclesiae acceperunt robur ab illa. Probatur, quia scriptores erant membra ecclesiae in quibus non poterat esse maior auctoritas, quam in ipsa ecclesia: sed scriptura Matthaei habebat auctoritatem ab illo: Matthaeus autem, sive Iohannes, sive Paulus ab ecclesia. Ergo iudex omnium est ecclesia, non scriptura aliqua.

Confirmatur. Quare Petrus viva voce docuerat, a subsequentibus Marci scriptis, non accipiebant auctoritatis robur, aut veritatis aliquod testimonium,

sed contra magis haec ab illis: quia scripta Marci Apostolicae praedicationi, et doctrinae inveniebantur conformia, habebantur rata.

Secundo confirmatur. Deut. 17. Non dicitur: Consule legem, ubi quaestio, vel controversia aliqua [p. 696b] quod nata fuerit, sed consule iudices, qui dicunt tibi veritatem. Ergo ab ipsis est quaedam veritas, non a lege.

Quarta. Ecclesia visa est aliquando facere contra scripturas, et aliquando praeter scripturas: ergo ipsa est regula eorum, quae traduntur in scripturis. Antecedens patet, quia in scriptura tradebatur exercendus baptismus sub hac forma: Ego te absolvo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, etc. Tamen Apostoli baptizabant in nomine Iesu Christi, ut traditur in actibus Apostolorum. Ergo credimus ecclesiae contra formam scripturarum.

Est enim verum quod id fiat dispensante auctore earum legum. Vel quod magis credo, simul baptizarunt in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, ut nunquam omiserint verba Christi in usu huius sacramenti. Adhuc confirmatur, quia in scripturis mandatur cavendum a suffocato, et sanguine, et tamen per ecclesiam abrogatum est illud mandatum: ergo Ecclesia visa est habere priorem auctoritatem quam scripturam. Item traditione ecclesiastica observatio sabbati mutata est in diem dominicam.

Quinto ecclesia determinavit multa, quae non habentur in scripturis expresse, ut de descensu ad inferos, et alia multa, quae ad ritum sacramentorum, et ecclesiasticam disciplinam pertinent.

Item in ecclesia sunt et alia, quae nec expresse, nec obscure habentur in scripturis. Sed constat ex sola traditione Apostolorum, et non ex aliqua scriptura. 2. Tessal. 2: Tenete traditiones, quas didicistis sive per epistolam, sive per sermonem. Et ad Corinth. 11: Cetera cum venero disponam, et Ioann. ultimo: Multa sunt alia quae non sunt scripta in libro hoc, etc. Item de cele. Miss. c. cum Matthae. Habentur haec eadem ex Innocentio III. Cyprianus sermone de ablutione pedum hoc idem dicit: Nec minus ratum est, quod dictante Spiritu sancto tradiderunt apostoli, quam quod ipse tradidit Christus. Praecepta etiam suus Tertulianus in lib. de Corona militis, scribit quanta habent ecclesia susceptione: Non est permittendum haereticis ab ecclesia ad scripturas provocare. Idem et Irenaeus lugdunen. Archiepiscopus ipso Tertulliano vetustior, adversus Valentinianum, ceteroque sui temporis haereticos dimicans.

Si fusius videre velis ad quae multa se extendat ecclesiasticae traditionis auctoritas, ad quae non se extenderent scripturae, consule Basilium lib. de Sp. S. cap. 17 et 29.

Hac amusi, scilicet traditione ecclesiastica, discernebant sancti patres doctrinam Apostolicam, a falsa et subreptitia doctrina. Hac admissum est evangelium scriptum sub nomine Petri a Serapione Antiocheno episcopo, ut tradit Eusebi. 6 lib. historiae suae.

Sic habes christiane lector, non solum non inferiorem, non solum parem, sed quodammodo superiorem, et notio rem ecclesiae auctoritatem autoritate scripturarum, et Augustinud: Evangelio non crederem nisi, etc. Quod a quovis vere Christiano dici, sentireque oportet.

4. Melchor Cano

a) BARCELONA. Biblioteca de la facultad de San Cucat. Ms. B , fols. 17r-17v (1543-1544)

[fol. 17r] [...] [Dubium egregium.] Consequenter est dicendum cum concilia habeant sequi notiva exteriora in definiendis rebus fidei quia scilicet non habent revelationem interiorem an sacra scriptura sit regula ecclesiae.

In definitione huiusmodi quaestionum, an etiam praeter sacras literas aliam sequantur regulam vel auctoritatem vel motivum. Et suadet primum, quia esse revelatum a Deo est prima ratio credendi. Sed concilio aut papa nulla fit revelatio nova. Ergo solum oportet fidem adhibere his quae a sacris literis et sacris scriptoribus scripta sunt. In contrarium est quod multa habentur in ecclesia certa quae in sacra scriptura non habentur expressa.

Ad hoc dicunt lutherani iudicem primum in nostra fide esse sacram scripturam ex quo inferunt unum corollarium: quod nihil summus pontifex valet definire nisi vel sacris literis sit expressum, nec illi est credendum nisi ex sacrarum literarum testimonio probent quia non est propheta nec evangelista. Ergo ex iam revelatis opus est definire credenda. Confirmatur quia Deut. 17 dicitur: Facies quaecumque docuerint te iuxta legem domini. Ergo si non definitur quid a concilio iuxta legem Domini, fidem meam illi alligari non est necessarium. Pro plena huius quaestionis decissione statuemus aliqua fundamenta quae hactenus aliqua fundamenta quae hactenus negare non potest.

Primum est Christum nullum librum scripsisse, imo nec praecepisse quod scriberetur. Matth. 27.: Euntes. Non dixit, scribite, sed, praedicate. Et Ieremiae 27: Pos illos dies, dicit Dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, et in cordibus eorum scribam ea. 2^a Cor 3^o: Epistola estis Christi administrata a nobis et scripta non atramento, sed spiritu Dei vivi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalis. Ecce discrimen legis antiquae et novae, utraque in monte data est. Utraque per mediatorem populo. Sed illa vetus scripta tabulis lapideis.

2^{um} est ecclesiam esse antiquiorem scriptura. In veteri testamento notum est. In novo quoque certum est. Theophilactus circa exordium Matth. asserit Matth. evagelistam scripsisse post 8 annos ascensionis Christi. Iohannes post

22. Beda autem supra id: Hic est discipulus ille qui scripsit haec. Putat post 65 ascensionis Christi esse Ioannis evangelium scriptum.

3^{um} est. Sacra scriptura non est autentica sine ecclesiae auctoritae, quia scriptores sunt membra ecclesiae et ex auctoritate loquentis pendet scribentis auctoritas. Postremo quia unde habes hoc evangelium esse Ioannis, illud Matthaei. Item hoc esse a Deo revelatum Bartholomaei et Nicodemi non esse revelatum. Quocumque Augustino confiteri necesse est. Evangelio non crederem nisi me ecclesiae commoveret auctoritas.

4^{um} est. Ecclesia est iudex scripturarum. Patet primo ex fundamento iam facto. Cum enim unum evangelium recipit, alterum reiicit, fit ex consequenti ut de scripturis iudicet an scripturae sint vel non. Deinde quia Deut. 17: Si difficile et ambiguum. Non dixit: Vide legem. Sed: Ascende et interroga sacerdotem. Propterea quia haeretici fere omnes admittunt scripturam, sed ad sensum suum eas trahere nituntur. Arrium ferunt 42 locis [fol. 17v] locis scripturae sua dogmata confirmasse. Necesse est ergo de intellectu vero scripturae habere iudicium, quia lex est iudex mortuus et de legis intellectu saepe disputatur ipsaque iudex sui esse non potest.

5^{um} fundamentum. Non omnia quae ad doctrinam christianam pertinent sunt in sacris literis expressa; id est, aperta et clara. Probat de perpetua virginitate beatae Mariae, de descensu Christi ad inferos, de processu Spiritus sancti a Filio. Fine enim articulus de resurrectione contenebatur implicite in illo Exodi 3^o: Ego sum Deus Abraham. Quemadmodum Christus explicuit adducens illud ad probandum resurrectionem quam sadducaei negabant, ita ecclesia explicat nonnulla quae obscura in scriptura habentur. Et si hoc non est argumentum sufficiens, nec Christus sufficienter illa auctoritate probavit resurrectionem.

6^{um} fundamentum. Multa pertinent ad eandem doctrinam et fidem, quae nec aperte nec obscure in scriptura sunt tradita, sed tenentur tamen ex traditione apostolorum, quae alia quidem literis, alia via vocis oraculo prodidere. Hoc erudite. Probat Innocentius 3^{us} de celebratione missarum cap. 6. Nam illa verba quibus in calicis consecratione utimur; scilicet mysterium fidei, aeterni testamenti, non habentur in evangelio. Item id: Elevatis oculis in caelos. Unde et Paulus Actorum 20 meminisse, inquit, oportet verbi Domini. Beatius est, inquit, dare quam accipere. Et prima Cor. 15. refert Christum apparuisse quingentis fratribus, quae tamen evangelistae non scripserunt. Sed Iohan. cap. ultimo dicit: Multa quidem et alia signa fecisse Iesum. Nulla ergo a Christo apostoli et ab apostolis acceperunt successores, quae scripta non sunt. Item ergo a Christo apostoli et ab apostolis acceperunt successores, quae scripta non sunt. Item 2^a ad Tessalol. 2^o: State et tenete traditiones quas accepistis, sive per epistolam sive per vocem. Et 1^a Cor. 12: Caetera cum venero disponam. Et

Ioann. 2^a epistola: Plura habeo vobis scribere; nolui chartam et atramentum; spero enim me adfuturum apud vos et ore ad vos loqui.

Ex his patet ad quaestionem propositam quod ecclesia quae fuit post apostolos eritque usque ad consumationem mundi non habet quidem novam revelationem, nec enim credimus aliam futuram esse aut fuisse sacrum scriptorem praeter apostolos et evangelistas.

2^o dicitur quod nihilominus concilium et pontifex semper in definitione quaestionum fidei proponunt sibi aliquam divinam revelationem sine qua nihil ad fidem attinere potest.

3^o dico. Non oportet semper sequi scripturas solas, sed ea etiam quae oretenus ab apostolis accepit ecclesia.

4^o dico ad dignoscendum quid ab apostolis fuerit traditum opus est concilia antiqua spectare et antiquorum patrum traditiones. Hac enim via cognoscitur quod veluti per manus a prioribus ad posteriores pervenit.

5^o dicitur quod tunc etiam cum pontifex scripturas sequitur, non est opus expressa commoveri auctoritate, sed satis et ex consensu sanctorum expositionem sacrarum litterarum accipere ut concilium 6^{um} constantiensem et florentinum factum est.

Ad primum iam patet quod revelata a Deo non solum intelliguntur quae in sacris literis habentur, sed ea etiam quae verbo apostoli tradiderunt.

Ad 2^{um} eodem modo respondeo quod pontifices et concilia quidquid determinant definiunt iuxta legem Domini.

In hoc autem distinguuntur a Spiritu sancto ne ab illa in discernendis quaestionibus deficiant, sed lex domini intelligenda est non modo quae papyro continetur, sed quae in cordibus fidelium per apostolorum praedicationem acceptam usque in hunc diem.

b) ROMA. Biblioteca Apostólica Vaticana. Vat. lat. 4647 (1543-1544)

[fol. 28r] [...] [Dubium. An concilia habeant sequi motiva exteriora in definienda fide.] Sed aliud dubium. An ecclesia habeat pro regula sacram scripturam. Quia diximus quod non habent concilium et pontifex revelationem in quo a sacris scripturis distinguuntur, ut supra diximus. Et ut apertius agamus, dubitatur an solam sacram scripturam assumamus pro regula. Videtur quod sic. Quia esse revelatum a Deo est ratio formalis. Sed ipsa sacra scriptura est a Deo revelata. Ergo. In contrarium est quod multa habemus in ecclesia que non in sacra scriptura.

Ad hoc dubium lutherani asserunt proprium iudicem in fide esse sacram scripturam. Ex quo inferunt quod nihil debemus credere concilio et pontifici nisi quod per sacram scripturam probaverint. Probatur 1^o ex illo quod fecimus, quia cum non sint sacra scriptura, cum fides innititur divinae revelationi, etc.

2º Deut. 17: Si difficile et ambiguum exortum fuerit etc. Et suddit, Facies quod docuerit tibi secundum legem Domini Dei tui. Arguitur ibi principaliter quantum definiat pontifex, sed ne illis omnino subdamur. Potestas subdit secundum legem Domini. Non ergo credendum est nisi illis que ex sacra scriptura fuerint comprobata.

Pro huius difficultatis explicatione supponitur⁵⁸ primo quod Christus non scripsit evangelium nec legitur precepisse. Euntes, inquit, praedicate evangelium. Non scribite. Et Ier. 31: In illa die dabo legem meam etc. in visceribus eorum, non ita in lapideis, id est quando differt a veteri lege. [2ª Cor. 3º: Epistola estis Christi administrata a nobis et scripta non atramento sed Spiritu Dei.]

Vide Crisostomum homil. 1ª in Matth. ubi docet secundum primam instructionem Christi non esse evangelium scribendum, nam in monte docuit verbo. Nam utraque in monte, utraque per praedicatorem data est. In hoc tantum discriminantur. Et sic apostoli aperiunt. Postquam autem a puritate cordis recesum est quod quaesiverunt alium modum scribendi. Unde apostoli 2ª Tes. 2: Epistola nostra vos estis in Domino.

2^{um} fundamentum. Ecclesia est antiquior sacra scriptura. In veteri patet. Moises enim primus cepit scribere. [Circa Exodum.] In novo. Theophilactus in Matth. dicit quod Matthaeus scripsit 8º anno ab ascensione Domini. Beda dicit quod Ioannes scripsit post sexaginta. Alii quod post 32, ut inquit Theophilactus ubi supra. [Ante quae tempora sine dubio ecclesia erat.]

3º. Multa habentur certa in ecclesia quae non sunt in scriptura expresse clara, [imo neque implicite.] Probat. Innocentius 3. de celebratione missarum extra. c. 6. Primo ex illo mysterium fidei et illud aeterni testamenti, quae in evangeliis non inveniuntur, et quod elevavit [fol. 28v] oculos. Tamen dicitur Christum dixisse et fecisse illud. [1. Cor. 11º: Caetera cum veniam disponam.]

Probat et Act. 20.: Meminisse oportet dictum Iesu, Beatius est dare quam accipere, quod in sacra scriptura alibi non invenitur. Item de illa apparitione qua plus quam 500 fratribus apparuit, ut 1 Cor. 15 dicitur: Non est in alio loco neque apparitio [facta Iacobo quae ibi memoratur.] Item 2ª Tes. c. 20: State et tenete traditiones quas accepistis, sive per epistolam sive per sermonem. Ergo eo modo habenda sunt. Item Ioa. 2ª epistola et 3ª: Plura habeo vobis scribere, nolui per epistolam et atramentum. Et Ioan. 21: Multa et alia fecit Iesus quae non sunt scripta in libro hoc etc. Ergo multa accipimus quae sermone tantum accepimus ab apostolis.

⁵⁸ En la transcripción de este canuscrito se ha querido reproducir lo más posible el texto tal como aparece. Por eso, no se ha transcrito. *supponitur*; sino *supponitur*

4°. Etiam quae ex sacra scriptura habemus de fide non clare continentur in sacra scriptura, sed quaedam implicite quae non sunt minus certa. Probatur de virginitate Mariae, de quo non est clarum testimonium quod post partum mansit virgo. Nam licet in partu dicit: Ecce virgo concipiet. Etsi calumnientur heretici de perpetua, nil est. Item de descensu Christi ad inferos est articulus fidei, et non est clarum in sacra scriptura. Similiter quod Spiritus sanctus procedit a Filio, non clarum est testimonium, cum autem sit firmiter tenendum ex declaratione ecclesiae. Huius rei habemus testimonium in evangelio. An quidam dubitarent de resurrectione et quaerent a Christo, respondet: Non legistis, ego sum, etc. Iudicio Lutheri male probasset Christus resurrectionem, quia ibi non expressum est sed implicite. Et ita exemplo eius potest facere ecclesia.

5°. Ecclesia est iudex scripturae quia scriptura non est autentica sine ecclesiae autoritate unde Augustinus: evangelio non crederem etc. Quia si hoc de medio toleretur, nulla manet certitudo sacrorum librorum. Item scriptores ecclesiastici sunt membra ecclesiae. Non ergo illius scripta credimus nisi quia illis credimus.

Item quia [sicut Arius, qui 42. locis fert suum errorem confirmasse,] interim dubitatur de sensu sacrae scripturae, ut de illo: Nisi quis manducaverit carnem vel biberit etc. Haeretici arguunt quod oportet sub utraque specie communicare. Definit ecclesia quod non, sed quod intelligitur, de fide vel mentale etc. Igitur cum sacra scriptura non possit est iudex sui, oportet quod ad ecclesiam pertineat quia litera est iudex mortuus, homo vivus. Unde Dominus dixit: Consule legem, sed consule sacerdotem, ut definiat secundum legem Domini.

Hic ad dubium dicitur facile quod non solum habent assumere pro regula sacram scripturam, sed traditiones apostolorum quae vicissim sunt traditae. 2^a statuitur quod nova concilia respiciant ad vetera. Et 3^o quid sancti senserint circa id de quo disputatur. Sic sextum concilium constant., concilium florent. et alia, quia illi habebant spiritum Dei circa sacram scripturam. Non ergo sacra scriptura est sola regula. Et ad argumentum dico quod non omne revelatum a Deo est scriptum, sed quaedam verbo.

Ad aliud concedo quod, si contra legem definiret, non esset tenendum. Sed id non fiet nec oportet ad legem scriptam respicere semper, sed interim ad scriptam in corde. Unde non oportet quod ecclesia semper novam habeat revelationem, ut quidam quorum est Echius illi tribuunt sine causa. Stat ergo quod novam revelationem non habeat, et tamen secundum revelationem semper definiat.

5. Diego de Chaves

ROMA. Biblioteca Apostolica Vaticana. Ott. lat. 1051, fol. 34r-35r (1547-1548)

[fol. 34r] [...] His solutis est dubium principale, Quaenam sit maior. Sed suppono quod tam in sacris literis quam in ecclesia est auctoritas infallibilis. Hoc patet ex supra dictis. De hac quaestione sunt 3 opiniones.

Prima. Tenet Abulensis in prologo supra Matthaem q. 13. Dicit quod auctoritas ecclesiae est maior quam sacrae scripturae, taliter quod si per impossibile determinaret ecclesia aliquod contra illud quod habetur in evangelio Iohannis esset stantum in hoc. Et probat, quia sacrae scripturae credimus propter auctoritatem ecclesiae. Ergo maior est autoritas ecclesiae. Consequentia patet. Propter quodcumque tale et illud magis. Antecedens probatur ex Augustino contra epistolam fundamenti c. 5: Evangelio non crederem, etc. Et confirmatur quia in epistola inde allegatur lib. Enoch. Tamen ecclesia non recipit illum. Ergo.

2^a opinio est Caietani in opusculo de auctoritate concilii et papae c. 4. Dicit quod auctoritas scripturae sacrae est maior quam auctoritas ecclesiae. Patet, quia ecclesia dirigetur in determinationes per sacram scripturam. Ergo.

3^a opinio est Iohannes Driedo in 4 libro de ecclesiasticis dogmatibus. Dicit quod ecclesia potest accipi et ab initio mundi usque nunc. [fol. 34v] Et isto modo est prima propositio quod ecclesia et sacra scriptura sunt eiusdem auctoritatis et dignitatis. Quia mea subscriptio et ego sumus eiusdem auctoritatis. 2.^a propositio. 2^o modo sumitur ecclesia pro caetu fidelium ut excludit apostolos et prophetas. Et isto modo non est tantae auctoritatis ecclesia sicut scriptura sacra. Patet, quia isto modo ecclesia non habet auctoritatem condendi sacram scripturam. Ergo. Hanc sententiam videtur tenere Durandus in 3. dist. 24. a. 1. Et allegat illud Augustini: Ecclesiae non crederem, etc. Et Waldensis in 1^o tomo libro 2^o c. 22 dicit idem. Et addit quod non solum scriptura sacra maior auctoritatis ecclesiae, sed dicit quod ecclesia non potest aliquid addere, etc.

Sed sit 1^a propositio. Comparare ecclesiam secundum quod includit apostolos et prophetas sacrae scripturae non videtur conveniens. Patet quia illa comparatio est nulla. Patet quia est comparare idem ad se ipsum. Quodammodo est comparare personam testificantem ad ipsam testificationem, ut supra dixi *de la fuerza y de mi mismo*.

2^a propositio est quod sumendo ecclesiam excludendo apostolos et prophetas non videtur opinio Abulensis. Imo non est probabilis. Patet. Quia auctoritas sacrae [fol. 35r] scripturae est summa auctoritas. Imo ipse Deus non habet maiorem auctoritatem. Patet antecedens. Quia est autoritas divina, quia sunt verba Dei, sed Deus ipse non est maioris auctoritatis quam

litterae. Ergo si sacra scriptura, etc. Confirmatur ad Gal. 1º capite: Sive nos sive angeli, evangelicet Iesus Deus, idque *ni nosotro apóstolo ni angeles* habent maiorem auctoritatem quam ipsa sacra scriptura.

Ad argumentum primum nego consequentiam quia illa propositio philosophi intelligitur quando antecedens est consequentiae, ut in praemissis respectu conclusionis. Modo ecclesia nullam auctoritatem praebet scripturae sacrae. Et sic nihil est contra nos.

Ad confirmationem respondetur negando consequentiam. Ratio est quia Iudas non affert testimonium. Quia liber ille est verus. Sed quia illud quod ipse adducit est verum, sicut ad Titum 1º allegat de Pemenide philosopho quando *dize* sicut quidam ipsorum. Et Actorum c. 17. allegatur ab apostolo ipso Aratus poeta: *Sicut seipsius enim genus sumus*. Ita in proposito.

3ª propositio est pro opinione Caietani. Aliquo modo scriptura sacra est maioris auctoritatis quam sit ipsa ecclesia. Quia ipsa ecclesia aliquando in suis determinationibus utitur principiis sacrae scripturae.

4ª propositio est. Simpliciter loquendo eadem est auctoritas et dignitas utirusque. Probatur. Quia utraque est auctoritas divina. [fol. 35v] Et ex his sequitur contra Waldensem quod ecclesia habet sufficientem auctoritatem et infallibilitatem interpretandi articulum. Patet quia ecclesia habet infallibilem auctoritatem. Confirmatur quia res publica christiana est perfecta et habet tantam auctoritatem sicut habet alia respublica civilis ad gubernandum. Ergo habet omnem auctoritatem.

Sed respublica christiana non esset bene ordinata si non haberet auctoritatem plenam. Ergo. Confirmatur quia in 4º conciliis videtur, etc., in nicaeno, in constaninopolitano, ephesino et calcedonensi. Ibi non fuerunt apostoli neque prophetae, at tamen tanta auctoritate recipiunt sicut evangelia. Ergo non est minor auctoritatis, etc. Patet minor ex c. sicut sancti 15 dist.

SEGUNDA PARTE

LA PROBLEMÁTICA TEOLÓGICA

La Reforma Protestante tiene como principio básico la *sola Scriptura*. Sostienen los salmantinos del siglo XVI no sólo que todo artículo de fe se halla en la Sagrada Escritura, sino bajo su propia responsabilidad sostienen que todo lo revelado a los hombres por Dios en materia de fe se halla ciertamente en la Sagrada Escritura y puede ello probarse convenientemente. Parten éstos así en su exposición como de una plataforma para el caso de que sea preciso

dialogar entre los cristianos de siempre, los católicos por una parte, y los cristianos nuevos por otra parte, los protestantes.

1. La revelación divina

